Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-832243-p0001-2

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-832243-p0002-7

48.
1775,38.

PROCANCELLARIVS

# CAROLVS FERDINANDVS HOMMEL

SVMMOS IN IVRE VTROQVE HONORES

PRAENOBILISSIMO CANDIDATO

# CAROLO FRIDERICO WEINHOLDO

FRAVENSTEINENSI

DIE XII APRILIS MDCCLXXV

TRIBVENDOS INDICIT.

---

*Rhapſodiae Supplementa.*

---

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-832243-p0003-3

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-832243-p0004-8

# OBSERVATIO DXII.

*De Proceſſu Deſertionis contra coniugem haud abſentem.*

*Si coniux ex domo mariti ſe foras ad parentes forſitan, aliosue cognatos proripiat, adeoque deſertricis manſio cognita ſit, poteſt quidem maritus brachium ſeculare implorare; ſed haec actio plerumque inanis, vt conſultius putem, apud Conſiſtorium conqueri.*

*Conſiſtorium prouinciae, in qua maritus habitat, non conſiſtorium prouinciae, in quam vxor migrauit, in hac cauſa iudex eſt competens.*

Neſcio quid in mentem venerit doctoribus quibusdam, 1
vt exiſtiment, ſi deſertoris aut deſertricis manſio haud
ignota ſit, deſertionis proceſſum inſtitui non poſſe, ſed deſerentem tunc a ſeculari iudice in domum per praecepta poenalia redigendum eſſe. Tale qui docent, confundere videntur 2
requiſita Edictalis citationis cum deſertionis proceſſu. De-

ſertionis crimen non in abſentia conſiſtit. NICOLAI *de Repud. cap. 18. num. 18.* STRYKII *Diſputat. de deſert. malit.* §. 21. Nam coniux etiam praeſens, ſi debitum coniugale praefracte deneget, pro malitioſe deſerente habetur, cum nihil interſit, vtrum propter abſentiam, an pertinaciam atque moroſitatem obſtinati animi ſic derelictus remedio vſtionis careat, *arg. 1. Cor. 7. v. 3. 4. 7.* SELDENVS *Vxor Hebr. cap. 6. ſeq.* SANCHEZ *de Matrim. diſp. 2.* GERHARD *de Coniug. §. 630.* Vnde praefractam debiti coniugalis denegationem iuſtam diuortii cauſam eſſe nunc Euangelici omnes vno ore profitentur, Theandro illo potiſſimum nempe LVTHERO auctore, qui in Oratione ex ſuggeſtu ſacro pronunciata *in der Predigt vom ehelichem Leben* Tom. XXII. Edit. Zedleri Lipſ. pag. 202. indubitanter et verbis dictatoriis pronunciauit: *Wil Frau nicht, ſo komme die Magd.* Durius hoc ille quidem et liberius, quam theologum deceret, vt ſi philoſophus haec aut iureconſultus dixiſſet, in eum omnes credo inſurrecturi fuiſſent theologi, durius hoc ille quidem, fateor, et procaciter, ſed tamen vt his verbis aperte oſtenderet, ipſo iure matrimonii vinculum ſolui, ſi alteruter copiam ſui corporis deneget. Verba autem Lutheri ex medio contextu a nobis erepta, minus fortaſſe videbuntur laſciua, ſi orationem eius continentem ab initio legamus, quae ita habent: *Als man wohl findet ſo ein halsſtarrig Weib, das ſeineu Kopf auffezet und ſolte der Man zehen mal in Unkeuſchheit fallen, ſo fragt ſie nichts darnach. Hier iſts Zeit, daſs der Man ſage: Wilt du nicht, ſo will eine andere. Will Frau nicht, ſo komme die Magd. Laſs dir eine Eſther geben und die Vaſthi fahren, wie Kœnig Ahaſverus thæt. Eſther Capit. 2. vers 17.* Haec theologica, etſi noſtra non facimus, tamen hoc certiſſimum putamus, nihil intereſſe, an obſtinatus quidam maritus vel mulier obſtinata e prouincia migret et lateat,

teat,

teat, an illo loco perſiſtat, nec tamen copiam ſui corporis faciat, nec domeſticum adiutorium praeſtet. Nempe migratio ex patria accidentale quid et leuiuſculum, formale autem deſertionis in denegatione doloſa debiti coniugalis poſitum, cum inter abſentem et praeſentem deſertorem nihil plane, niſi hoc vnum interſit, vt is, de cuius habitatione conſtat, non edictaliter, ſed ad domum, citari debeat; caeterum autem deſertio mihi videtur eadem: LEYSER *Spec. 314. Med. 3.*
Nec tamen denegato Debito ſtatim diuortium decernitur, ſed 3
gradus admonitionis adhibendi atque, ſi tentatae ſuaſiones et poenae realiter exactae nihil proficiunt, tunc demum illuc euenitur et innocenti facultas datur nouum matrimonium ineundi, NICOLAI *de diuort. cap. 2. num. 59. ſeq.* BOEHNER *I. E. P. lib. 4. tit. 19. §. 22.* nocenti autem, ſi non relegatio, quae noſtrorum temporum philoſophiae parum conuenit, attamen mulcta dictatur.

Implorat tamen Conſiſtorium interdum brachium ſe- 4
culare, *Landes Ordn. d. a. 1550. tit. Conſiſtoria.* quod, ni fallor, opinioni erroneae cauſam dedit, vt Saxonici Iuriſconſulti exiſtiment, ſi quis coniugis deſerentis domicilium ſciat, nihil eam rem ad Conſiſtorium pertinere, ſed adeundum eſſe iudicem ſecularem loci, in quem deſertor migrauerit. Mi- 5
hi vero deſertio quoque coniugis haud abſentis cauſa conſiſtorialis videtur, ſuadeoque, vt ab eo, qui remedio vſtionis caret, conſiſtorium potius, quam ordinarius iudex imploretur, quod tunc certe neceſſarium erit, ſi ex capite denegati debiti coniugalis, quae, vt dixi, a deſertione nihil differt, diuortium petatur.

Si quis autem diuortium non petat, ſed perſeuerare in 6
matrimonio et recuperare deſerentem cupiat, poterit implorari iudex ſecularis, licet vt plurimum hoc inaniter et incaſſum fiat. Finge enim deſertorem citatum a praetore vrba-

no excipere: eſſe hanc cauſam conſcientiae, nec ſe reuerti poſſe, quoniam per diſpenſationem propinquo nupta fuerit, cuius peccati ſe nunc poeniteat; aut eam dicere: ſe ſalua integritate corporis reuerti non poſſe, eſſe enim, quale apud BOEHMERVM *I. E. P. tom. 4. lib. 4. tit. 10. ſ. 32.* exemplum obuenit, virum tam abnormiter potentem, vt infantem eniti et parere geminos malit, quam ſemel virum admittere, adeoque diſſoluendum dicat eſſe matrimonium ex capite inhabilitatis; aut ſi excipiat: ſe ideo cum marito concumbere nolle, ne remittere videatur adulterium, quod ipſe commiſiſſet, nonne ſtatim iudicium ſeculare finiet? Quid enim, ſi acta ad dicaſterium transmitantur, aliud quaeſo reſponſum ſequatur, niſi *Daſs, ſo lange bis Klæger vor den geiſtlichen Gerichten, durch eine Provocation aus dem Geſeze* ſi contendat, *oder ſonſt, ein Recht gegen Beklagten ausgeführet, da lezteres in Anſehung des erſtern praeiudicial iſt, der Sache Anſtand zu geben.* Vnde ſuaſor ſim, vt, ſi vxorem non latitantem in domum deſertus reducere velit, actionem non coram iudice ſeculari, ſed apud conſiſtorium inſtituat. Quod ſi Conſiſtorium nihilo minus eam actionem ad ſecularem iudicem reiiciat, videbitur ſua iura iactare.

7 Suadet hanc philoſophiam ſententia Facultatis Lipſienſis ad Regimen Electorale Moguntinum, in cauſa duorum coniugum Proteſtantium, Conſiliarii cuiusdam P. contra vxorem Francofurti ad Moenum commorantem;

*Daſs wohl appelliret, derowegen Appellatin mit der Einlaſsung vor der Churfürſtl. Maynziſchen Regierungs Commiſſion nicht zu verſchonen, auch im Fal Appellatin ſchon vorhin eine Eheſcheidungsklage in Frankfurth am Mayn erhoben haben ſolte, Appelant daſelbſt zuantworten nicht pflichtig; Sondern es iſt Appellatin alhier ſich einzulaſsen ſchlechterdings verbunden, als zu*

*wel-*

*welchem Ende dieſelbe nochmahls in Ordnungs Friſt, bey einer Geldbuſe ihrem Vermœgen nach, iedoch daſs ſelbige über 100. Thaler ſich nicht erſtreke, auf einen gewiſsen Tag vorzuladen: daſs ſie an ſolchem entweder gegründete Urſachen, welche ſie, Appellanten zu verlaſsen, bewogen, gebührend anzeigen, oder aber ſich wiederum zu ſelbigem begeben, ihm mit weſentlichem Aufenthalte ſolgen und ehelich beywohnen ſolle, worauf bey deren Auſenbleiben ſothane Straſe nicht allein von ihr mittelſt ſubſidiariſcher Execution wirklich einzutreiben, ſondern auch Appellatin nochmals unter der Verwarnung: daſs ſie widrigenſals für eine muthwillige Verlaſſerin ihres Ehemannes erklæhret werden ſolle, anderweit vorzuladen und, da ſelbige in ihrem Ungehorſame nichts deſtoweniger annoch verharrete, oder ihre angegebenen Verweigerungs Urſachen ungegründet wæren und ſie gleichwohl ſich zu Appellanten nicht begeben wolte, ſo wird ſie durch einen zu gebenden Beſcheid mit Vertheilung in die Unkoſten, dafür wirklich erklæhret und Appellant von der mit ihr getroffenen Ehe frey und losgeſprochen, auch demſelben, ſich anderweit chriſtlich zu verheyrathen billig nachgelaſſen und iſt Appellatin, daferne nach vorgængigen gewœhnlichen Requiſitorialien ein Magiſtrat der freyen Reichſtadt zu Frankfurth am Mayn ſich der Einhændigung künftiger Citationen entbrechen ſolte, vermittelſt œffentlicher Edictalien vorzuladen, da hingegen in Anſehung Appellantens dritter Beſchwerde wohl geſprochen und übel appelliret. V. R. W.*

RATIONES DVBITANDI ET DECIDENDI.

*Obwohl in den Entſcheidungs Gründen des vorigen Urthels angeführet worden, daſs, da Appellatin das Bürgerrecht zu Frankſurth am Mayn auch für ihre eigene Perſon, dem Anführen nach, erlanget, dieſe leztere Stadt ihr eigentlicher Gerichtsſtand ſey, woſelbſt ſie belanget werden müſſe, zumal, da an dieſem Orte die Ehe volzogen und geſtiſtet, wannenhero alles dasjenige, was kundbare Rechte vom* Foro Contractus *verordnen, hier eine*

*ne nüzliche Anwendung finde, nicht zu gedenken, daſs ſie daſelbſt ihren Eheman albereits verklaget zu haben vorgiebet, wodurch ſie ihm zuvor gekommeu ſey, ſo, daſs die Ausflucht der bereits anhængigen Rechtsſache gegründet ſchəinen dürfte, zumvl da annoch das dieſer kayſerlichen freyen Reichſtadt*

PFEFFINGER Vitriar. Illuſtr. Vol. 3. pag. 1163.

*ertheilte Priuilegium* de non euocando *Apellanten in Wege ſtehe, ſolchemnach voriges Urthel zu beſtætigen um ſo viel mehr für dienlich erachtet werden mœchte, weil ſo gar ſelbſt in dem Falle, wenn man, daſs Appellatin vor Churmaynziſchen Gerichten in dieſer Eheſache ſich einzulaſſen ſchuldig ſey, auch annehmen wolte, gleichwohl ſehr bedenklich fælt, daſs Appellant ſelbſt in der Klage vorgiebt, wie er den Deſertionsproces auzuſtellen die Meynung habe, da er doch ſeines Eheweibes Aufenthalt und Wohnung gar vvohl vveis, vvelches aber dem bekantən Conſiſtorial Proceſſe ganz entgegen zu laufen ſcheinet, da nach gemeiner Lehre der protəſtantiſchen Rechtsgelehrten*

WERNHER Princ. Proc. eccleſ. cap. 14. §. 26.
STRYKII diſp. de Deſertione malitioſa
CARPZ. Iuriſpr. Eccleſ. lib. 3. tit. 5. deſin. 59. & per tot.

*hierzu die Abweſenheit, und daſs der zurükgebliebene Ehegatte den Aufenthalt des Entwichenen nicht wiſse, erfodert wird, welches er ſo gar beſchwœren muſs; und daher auch bloſs wegen ſothanen unbekanten Aufenthals œffentliche Ladungen in dreyer Herren Lande gebrœuchlich, welches alles faſt veranlaſsen dürfte, Appellanten zwar nicht hauptſæchlich, iedoch angebrachter Maaſen, abzuweiſen; hingegen und auf der andern Seite der leztere ſich beſchweret zu ſeyn erachten dürfte, daſs, da er ausdrüklich in ſeiner Klage darauf: daſs ſein Eheweib aller aus der mit ihm eingegangenen Ehe zu hoffen gehabter Vortheile für verluſtig erklæhret werden ſolle, die Schlusbitte gerichtet, gleichvvohl dieſes in unſerm*

*ſerm gegenwærtigen Urtheil gænzlich mit Stilſchweigen übergangen worden ſey, da gleichwohl eine muthwillige Verlaſſerin eben ſo gut ihre Mitgiſt und andere Vortheile*

PUFENDORF Tom. IV. Obſ. 240.

MENKEN Pand. lib. 24. tit. 2. §. 7.

*als eine Ehebrecherin ie zu weilen verliehret.*

Dennoch aber und dieweil *auſer allem Zweifel, daſs eine Ehefrau ihrem Manne, der ſeinen weſentlichen Aufenthalt verændert, nachfolgen müſse, auch wenn ſie dieſes nicht thæte, demohngeachtet vor deſsen ordentlichen Richter belanget werden kænne,*

L. 65. D. de iudic.

arg. L. 32. D. ad muncipal.

L. 30. D. de Reg. Iur.

L. vlt. C. de incol.

*ſo gar, daſs ſie auch nach ſeinem Tode und ſo lange ſie nicht wieder heyrathtet, dieſen Gerichtsſtand beybehælt*

L. 22. §. 1. D. ad municipal.

BERGER Oec. Iur. lib. 4. tit. not.

*und wenn ſie eben der Reglion beygethan, zu der ſich ihr Man bekennet, ein Pfarkind desienigen Prieſters wird, wo der Man hingehæret*

BOEHMER Ius Paroch. Sect. 3. cap. 2. §. 27. ſeqq.

*hiernæchſt Appellatin wieder ihres Ehemannes Wiſsen und Willen das Bürgerrecht zu Frankfurth am Mæyn und zu des Mannes Nachtheile gültiger Weiſe nicht erlangen mægen, Wie denn auch ſo gar und wenn man, daſs ſolches rechtmæſiger Weiſe hætte geſchehen können, annehmen wolte, doch ein ſolches Appellatin von der Pflicht, ihrem Ehemann, zu folgen und ihm, als einer Gattin eignet und gebühret, ehelich beyzuwohnen, nicht entbindet; geſchweige denn daſs in einer Eheſache ſothanes von ihr*

B *heimlich*

*heimlich erſchlichene Bürgerrecht vvider ihn angezogen vverden kœnte, übrigens, daſs die Heyrath zu Frankfurth am Mayn geſtiftet und volzogen vvorden nicht ervvieſen, vielmehr Appellant*

Num. 10. *der Acten erſter Inſtanz*

*daſs er nicht daſelbſt, ſondern zu Windheim in Churpfælziſchen ſo vvohl Verlœbnis gehalten, als auch getrauet vvorden, breybringet, überhaupt aber in Eheſachen kein* Forum contractus *ſich denken læſset, vvannenhero vvenn auch Appellatin zu Frankfurth am Mayn eine Eheklage erhoben und übergeben haben ſolte, doch Appellantens Ausflucht, daſs er dahin nicht gehœre, ſo kundbaren Rechtens iſt, daſs, vvenn er ſolche vorſchüzet, ſo gleich darauf geſehen vverden muſs, und er vor ſolche Stadtgerichte, ohne offenbare Nullitæt, nicht gezogen vverden mag, weil ſonſt der Magiſtrat daſelbſt Churfürſtliche Maynſiſche Unterthanen zu* euociren *ſich ermæchtigen würde, dahingegen, wenn Appellatin, als die Ehefrau, vor des Ehemannes Gerichte geladen wird, dieſes keine Ausheiſchung oder Ausladung genennet werden kan, alſo das der freyen Reichſtadt ertheilte Privilegium in dieſem Falle keine Anwendung findet, vielmehr Appellatin alhier ſich einzulaſſen ſchlechterdings verbunden, ohne darauf, daſs ſie auch ſolches in der Appellations Inſtanz albereits gethan, zu erwehnen und, was die Hauptſache anlanget, die beharliche Weigerung der ehelichen Pflicht einer muthwilligen Verlaſſung volkommenen zu gleilh achten,*

arg. 1. Cor. VII. vers. 3. 4. 7.

SELDEN Vxor Hebraic. cap. 6.

SANCHEZ de matrim. Diſp. 2.

*weil in beyden Fællen der unſchuldige Theil, für welchen Appellant allerdings zu achten, wider ſeinen Willen dieſes ehelichen Genuſſes durch des andern Verſchulden und eigenſinnige Halsſtarrigkeit entbehren muſs, folglich das Erfordernis einer Edictal-*

*vor-*

*vorladung, welche freylich eher nicht, als bis des Eheweibes Aufenthalt gænzlich unbekant, ausgehangen werden kan, gar ſehr von dem Deſertions Proceſſe ſelbſt zu unterſcheiden und nicht beydes, wie in einigen Conſiſtorien geſchiehet, zu vermengen, als welche Beſchwerde wegen muthwilliger Verlaſſung, oder, welches auf eins hinaus læufet, wegen bæslicher Verweigerung der ehelichen Pflicht, als welche des Eheſtandes Hauptzwek, gegen einen gegenvværtigen Ehegatten ſo gut, als gegen einen Abvveſenden, angeſtellet vverden kan;*

LEYSER Spec. 314. Med. 4.

*übrigens da der Verluſt der Mitgiſt und anderer etvva aus der Eheſtiſtung zu verhoffender Vortheile erſt eine Wirkung der rechtskræftig ausgeſprochenen Eheſcheidung und ein blos bürgerlicher Anſpruch iſt, man deſſen in Urtheln, vvo von der Ehe meiſt bey einem geiſtlichen Gerichte erkant vvird, nicht zu gedenken pfleget,*

Teutſcher Flauius ſ. v. Scheidung.

*vielmehr dieſer Punct zu beſonderer Ausführung vor die vveltliche Obrigkeit gehæret; anbey bekanten Rechtens daſs, vvenn ein Richter behindert vvird, daſs die Vorladung nicht geſchehen mag, und die erſuchte Obrigkeit die ſubſidiariſche Ladung einzuhændigen ſich vervveigert, alsdann entvveder hæhern Ortes desvvegen Beſchvverde zu führen, oder auch Edictalien ergehen zu laſſen, allerdings verſtattet und nachgelaſſen, So iſt &c.*

Sic vero ſatis praeiuimus indictioni ſolennium, quibus conſultiſſimus doctiſſimusque

 DOMINVS

DOMINVS

# CAROLVS FRIDERICVS WEINHOLD

FRAVENSTEINENSIS

doctor creabitur.

Natus ille Frauenſteinii d. XVIII. Febr. Anno MDCCXLVIII. Patre IOHANNE CHRISTIANO iſtius oppidi mercatore integerrimo, poſtea conſule, matre IOHANNA EVPHROSINA filia ARNOLDI. Prima litterarum rudimenta tradiderunt ZIEGLER et HVMANNVS, in Schola Frauenſteinenſi praeceptores. Poſt haec in Scholam Dreſdenſem, a ſancta Cruce nominatam, delatus inſtitutione KRETSCHMARI, MÜLLERI, KOEHLERI, GEBAVERI et MEISNERI litteras humaniores didicit. Anno MDCCLXVII. in numerum ciuium Academiae Lipſienſis, Rectore Magnifico WINKLERO, receptus, Philoſophiam ab hoc ipſo WINKLERO, Matheſin a GARVIO, humaniores litteras ab ERNESTIO et GELLERTO,

LERTO, quo duce etiam in morum doctrina profecit, Hiſtoriam catholicam BVRSCHER docuit. Imperii autem Romani Germanici viciſſitudines ac ius publicum tradidit BOEHMIVS, cuius patrocinium et beneuolentiam praedicat. Iuris naturalis et gentium, itemque publici vniuerſalis, hiſtoriae iuris atque hermeneuticae artis in explicandis legibus adhibendae, Inſtitutionum et Pandectes praeceptorem habuit SAMMETVM; deinde BREVNINGIVM iurisprudentiae criminalis ex formulariae cauſſa adiit. In Iure Germanico, Feodali, et Canonico, atque etiam arte relatoria SEGERVM audiuit, nec minus interfuit ſcholis inprimis diſputatoriis EINERTI; quem vtrumque praeceptorem ob inſignia fauoris ac beneuolentiae documenta colit. Ante aliquot annos Stralſundiam petiit cuſtosque morum adoleſcentibus DE BOHSTAEDT et DE BRANDEBVRG datus eſt. Hoc officio per annum functus, acerbiſſima patris morte nunciata, Lipſiae aliquamdiu commoratus, conſilium cepit examinis pro Candidatura ſubeundi. Quod factum eſt ſuperiore an-

 no

no d. XIX. Aug. Cui breui poſt acceſſit rigoroſum, quod vocant d. III. Sept. eiusdem anni. Hoc ſuperato, ſupremos in iure honores ei decreuimus, quos ſua iuriſcientia apprime meruit. Nec vero nobis ſolum, ſed etiam commilitonibus ſuam dexteritatem probauit, habita curſoria lectione ſuper *L. 2. C. de diuid. tutel.* ac plenius probabit per Diſputationem inauguralem *ſuper decreto in alienandis bonis minorum interponendo*, ſine Praeſide defendenda. Quo facto Vir Excellentiſſimus et Iurium Conſultiſſimus Dn. D. AVGVSTVS FRIDERICVS SIGISMVNDVS GREENIVS, Aſſeſſor Facultatis Iuridicae meritiſſimus, Collega honoratiſſimus, in quem poteſtatem contuli, hunc doctiſſimum candidatum cooptandi inter doctores, eique tribuendi priuilegia tam communia, quam Lipſienſibus, qui *Noſtri* dicuntur, propria, vnicam ſpem ſi exceperis, adipiſcendae in Facultate ſeſſionis.

Haec ſolennitas vt magis ſplendeat, optatile eſt, vt RECTOR ACADEMIAE MAGNIFICVS, ILLVSTRISSIMI COMITES CAETERIQVE PROCE-

RES, ET CVM GENEROSISSIMIS NOBILISSIMI COMILITONES velint frequentes ad eſſe, quamobrem eos humaniſſime rogo, vt mihi noſtroque collegio copiam faciant, hunc nobis ex tali praeſentia oriundum honorem grato animo remunerandi.

*P. P. Lipſiae, Dominica Palmarum MDCCLXXV.*

---

LIPSIAE
EX OFFICINA LANGENHEMIA

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-832243-p0017-0

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-832243-p0018-6

Leipzig, Diss., 1775 A(J

ULB Halle 3
003 719 030

Sb

KD 18

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-832243-p0019-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-832243-p0020-7

48.
1775,38.

PROCANCELLARIVS

# CAROLVS FERDINANDVS HOMMEL

SVMMOS IN IVRE VTROQVE HONORES

PRAENOBILISSIMO CANDIDATO

## CAROLO FRIDERICO WEINHOLDO

FRAVENSTEINENSI

DIE XII APRILIS MDCCLXXV

TRIBVENDOS INDICIT.

*Rhapſodiae Supplementa.*

Farbkarte #13
B.I.G.
Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-832243-p0021-3